



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici  
Semestria duo**

**Strauch, Johann**

**Jenae, 1675**

Cap. X. Ad c. 3. & 4. de translat. Epis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10224**

*Patriarcha lib. 14. c. 12, 13, 14.* Patriarcha quidem Antiochenus defendebat translationem cum jure communi canonico, quo jure hactenus *defendit factum suum* usi fuerant Patriarchæ orientis tum exemplo Prædecessoris sui. *rationibus.* Deinde moverat Patriarcham & hoc, quod ante consecrationem translatio facta fuisset, nusquam verò expressum & constitutum agebat de Electo confirmato, quod de Episcopo, & in canonibus Ecclesia dicitur viduata ante consecrationem. Ergo nullum erat vinculum matrimonii spiritualis, quod translationem impediis-

*Ratio decidendi, Pontificis.* Ratio autem decidendi Pontificis erat, quod translatio fuit facta de majori ad minorem Ecclesiam: Archiepiscopus enim Apamiensis fuit translatus ad Episcopatum Tripolitanum & novo mutationis genere diminutus potius quàm auctus contra quam cavetur *c. 1. de cler. non resid.* In his rationibus colorandis, & argumentis Archiepiscopi Antiocheni refutandis occupatur *cap. 2. b. t.* In quo agitur de translatione Electi & confirmati, nondum tamen consecrati, vacante Andegavensi Ecclesiâ Wilhelmus de Chimeleio, ex Abrincensi electo ac confirmato, postulatus est in

*Episcopatus Abrincensis* Andegavensem Episcopum. Est autem Episcopatus Abrincensis sub Metropolitano Rothomagensi. Postulatum Turonensis Archiepiscopus sine auctoritate sedis apostolicæ in Andegavensem Episcopatum transtulit & consecravit, & Rothomagensis Archiepiscopus eundem à vinculo, quo tenebatur illigatus Abrincensi Ecclesiæ absolvit. Id gravatè ferens Pontifex utrumque Episcopum à consecratione & confirmatione Episcoporum: Episcopum verò ab executione officii suspendit. Uterque Metropolitanus peccaverat, Rothomagensis, quia Electum ac confirmatum à vinculo, ut dixi, Ecclesiæ Abrincensis absolverat, Turonensis, quia in Andegavensem Ecclesiam transtulerat & consecraverat.

## CAP. X.

### Ad c. 3. & 4. de translat. Epif.

#### S U M M A R I A.

1. Episcopus Hildesensis relinquit Eccles. Lubecensem.
2. Et ad Herbipolensem transit.
3. Quis ille.

4. Au-



4. Aulici sæpius in Ecclesiam  
transferebantur.

6. Quibus causis justificis.

7. Conradi rationes.

5. Privatatur utrâq; Ecclesiâ, &  
excommunicatur.

8. Pontificis replica.

**A**gitur in his duobus capitulis de Episcopo Hildesensi, qui *Episcopus*  
relictâ Ecclesiâ suâ Lubecensi Hildesemensem occupavit, *Hildesensis*  
eaque non contentus ad Herbipolensem transferat, postu- *relinquit*  
lantibus canonicis Herbipolensibus inconsulto non so- *Eccles. Lu-*  
lum Moguntino Archiepiscopo, cui uterque Episcopus suberat, *becensera.*  
sed & Rom. Pontifice. Erat is Conradus de Ravensburg Aulae Im-  
perialis sub Friderico primo ejusque filio, & postea Philippi Re-  
gis Romanorum Cancellarius. Eâ enim ætate Aulici sæpius è cu- *Et ad Her-*  
riâ in Ecclesiam transferebantur, ut innuit Guntherus Poeta lib. 3. *bipolensem*  
Curia sæpe suos cathedræ transmittit alumnos. Cæterum hoc *transit.*  
negotium dedit argumentum non tantum hisce duabus decretali- *Quis ille.*  
bus; sed etiam capitulo 5. de Major, & ob. & cap. illud. de cler. *Aulici sæ-*  
excom. minist. Monitus itaque sæpius ab Innocentio non obtem- *pius in Ec-*  
peravit, verum se in utroque Episcopatu temporalibus & spiritua- *clesiam*  
libus immiscuit. Idque confidentius peragere poterat, de impe- *transfere-*  
rio contendentibus tum Philippo Suevo & Ottone IV. cui ab In- *bantur.*  
nocentio corona promissa fuit, Philippo anathemate percusso.  
Pontifex itaque Conradum utraque Ecclesiâ privat. Eumque *Privatatur*  
præterea mandat per Archiepiscopum Magdeburgensem excom- *utrâque Ec-*  
municari cap. Illud de Cler. Excom. minist. Vide Abbat. Ursperg. *clesiâ, &*  
ad annum 1125. Kranzium Metropoli lib. 7. c. 9. & 17. Trithemium *excommu-*  
chron. Hirsaug. ad annum 1201. Facto Pontificis prætexebantur ca- *nicatur.*  
nones, qui habentur *causâ septimâ, quæst. 1. can. 31. & 32.* quibus ii, *Quibus*  
qui proprio motu ad aliam Ecclesiam transeunt, primo compul- *causis justi-*  
luntur ad priorem redire, deinde contumaciter perseverantes, *ficis.*  
utraque debent spoliari. Conradus verò se tuebatur dispensa- *Conradi ra-*  
tione, quam à Cælestino, Innocentii Antecessore obtinuerat, per *tionem.*  
quam concessum ei fuerat transire ad majorem Ecclesiam. Cui  
exceptioni respondet Pontifex in c. 4. h. tit. Utrumque capitu- *Pontificis*  
lum directum est ad Episcopum Bambergensem, Thimonem, qui *replica,*  
præfuit ab anno 1192. usque ad 1202. Et Petrum scholasticum Ma-  
gun-



guntinum. Desumptum est capitulum 3. ex libro primo Registri epist. 331. caput ultimum ex libro 2. Epist. 262. quibus jungi debent lib. 1. Epist. 568. lib. 2. Epist. 52. 262. & 272. Abbas Urspergensis de bellis Philippi & Ottonis & ad annum Christi 1125. Gesta Innocentii III. pag. 30. Kranzius in Metropoli lib. 7. c. 9. & 17. Tritemius chronico Hirsaugiensi ad annum 1201.

## CAP. XI.

## Ad rubricam, de auctoritate &amp; usu pallii.

## S U M M A R I A.

- |                                     |                                 |
|-------------------------------------|---------------------------------|
| 1. Pallii figura.                   | 5. Donationis Constantini etas. |
| 2. Ejus utilitas & effectus.        | 6. Auxanius pallio donatus.     |
| 3. Genus Imperatorii indumenti.     | 7. Aurelianus inidem.           |
| 4. Patriarchis ab initio concessum. | 8. Hodierna pallii forma.       |
|                                     | 9. Baronius notatur.            |

Pallii figura.

Ejus utilitas & effectus.

Genus Imperatorii indumenti.

Patriarchis ab initio concessum.

**P**Allium ornamentum Archiepiscopale, de figurâ suâ describitur à criticis Gregorianis notis ad *c. 1. b. t. lit. E.* Usus ejus atque origo satis antiqua, effectus verò, nempe ut Metropolitanis post ordinationem suam nihil sui muneris obire possint, donec à sede apostolicâ missum eis fuerit pallium, de corpore B. Petri sumtum, jus novum aulæ Romanæ est. Fuit hoc pallium antiquitus genus Imperatorii indumenti, ab initio solis Græcis proprii sed postea Imperatoribus quoque Romanis usitati. Apud Vopiscum jubet Valerianus dari Aureliano, inter alia, pallia proconsularia duo: Et in epistolâ Commodi ad Albinum: *Sanè ut tibi insigne aliquod Imperialis majestatis accedat, habebis utendi coccinei pallii facultatem.* Ejusque usum Imperatores Patriarchis concesserunt, à quibus deinde & cum Metropolitanis communicatum fuit. Erat hoc pallium indumentum totius corporis, ad talos usque promissum, sed splendidissimum & pretiosum, non fasciæ lanæ, ut ex Pelagio & Gregorio primo, Pontificibus Romanis probat P. de Marcâ *de concord. sacerdot. & Imp. lib. 6. c. 6.* Inprimis ex loco Johannis Diaconi in vitâ S. Gregorii. Affirmat is Gregorium in veteribus picturis videri indutum pallio ex bysso candente contexto & nullis acubus perforato, quod in morem vestis